Sic pergas tècum tua gloria pergere creſcet,
Non quiuis tantæ munera mentis habet.
Hæc laus eſt Mortis nunquam viſura ruinam
Nil & in hanc Fatum aut Parca ſeuera poteſt,
Quod ſupereſt charos me poſthac inter amicos
Et patiare locum nomen habere meum.
Sic quoque ſemper ero meritorum debitor vſque,
Claraq́ue inoblita munera mente geram.
Interea tenues luſi quos accipe verſus,
Accipe quæſo boni conſule viue vale.

Πρὸς τὸν ἑαυτὸν τετράστιχον.

Δῶρον ὅ κάλλιστον καὶ τιμηέστατον ἐστὶν
Ὄργανα ὀργάνων; ἄμφω ἔχουσι καλῶς.
Οὐκοῦν, ἐν καρδίῃσιν φίλων φίλαπτε ἀνώγει
φίλτατε ἀνθρώποις, φίλτατε ἠδὲ θεῷ.

Eidem, Anagrammatiſmus

CHRONODISTICHO ANNVM, MENSEM ET DIEM ÆDITI OPERIS REVElante incluſus.

Ioannes Faulaberus
An laus fauere bonis.

ECCe VIrIs, LIbræ hIC VbI ter ſeX s VſtInet ortVs
SoL, DeDeCVs tIbI, LaVs anq Ve faVere bonIs?